

ELEMENTA  
JURIS CIVILIS

secundum ordinem

PANDECTARUM,


Commoda Auditoribus Methodo

ADORNATA

A JO. GOTTL. HEINECCIO

JCto Consiliario Aulae Regiae Prusicae,  
antehac in Academiis Halensi & Frisica  
Antecessore, jam in illustri Viadrina Pand.  
& Philos. Mor. & Rat. Prof. Ord.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS;

EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

MDCCLXVI.

---

*Superiorum Permissu, ac Privilegio.*

*Viro Illustri atque Excellentissimo*

**JO: PETRO A LUDEVVIG,**

J. C. CELEBERRIMO,  
Pot. Prussorum Regi a Consiliis Se-  
cretioribus, Academiae Halensis Can-  
cellario, & Jurium ac Historiarum  
Professori eximio, Dynastæ in Ben-  
dorf & Gatersted

S. P. D.


JO: GOTTL. HEINECCIUS.



*A M* pridem Tibi hoc of-  
ficiū debeo, Vir illustris,  
ut quanti preclara Tua, quæ  
in utramque rempublicam  
exstant merita, quanti inu-  
sitatam, qua polles, eruditionem, ac sin-  
ceram in primis amicitiam, qua raro  
exemplo & absentem me prosequutus es,  
& faciam, & facturus sim perpetuo, pu-  
blico quodam monimento testarer. Quo-  
madmodum enim ex pristina consuetudi-  
nis nostræ memoria incredibilem capio  
voluptatem, neque unquam istius tempo-  
ris sine oblectatione recordor, quo Te  
collegam salutare, & non modo amore  
ac consiliis Tuis, sed & aliquando bi-  
bliotheca illa locupletissima, & qua jam  
pridem privati sortem excessit, quin &

a z

in se



# ELEMENTA JURIS

secundum ordinem

## PANDECTARUM.

PARS PRIMAE;

seu ΠΡΩΤΑ.

LIBER PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE JUSTITIA & JURE.

§. I.



Jurisprudentiam tradituris merito a fine, ad quem comparata est, objectoque, in quo versatur, auspicandum videtur. Quum itaque *Justitiæ* fruendæ causa reperta sit jurisprudentia, hæc

Jurisprudentiæ finis & objectum.

autem in *Jure* interpretando applicandoque versetur; apposite sane Justinianus *παραδέχεται*

A quæ-